



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Wenefrida V. M. 3. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

ut abstinere à lenociniis manus discant, arefcet manus: jam domum Christus EVSTOCHIVM, te orcus ducet: si porrò neptem DEO invides, certè morti conjugem liberosq; ne non eripies. Atque hæc omnia evenisse ordine Hieron. affirmat, ô Superi! quid ad nostræ elegantiam ætatis dicetis; quando puellæ viros induunt, & (quod turpius longè est) calami-strati viri (phui) in puellas degenerant? S. Hieron.

Conditor Angelorum dum in præsepio vagiens reclinatur, non ostro, sed vilibus legitur panniculis involutus. Erubescat ergo terrena superbia & arrogantia redempti hominis, ubi erumpentibus radiis exorti coruscet humilitas Redemptoris. S. Pet. Dam. l. 6. Epist. 14.

S. WENEFRIDA V. M. 3. Novembris.

WENEFRIDAM nobile è Britannia Nympham CHRISTO Benvocus vir famâ sanctimoniam id ætatis longè maximâ despõdit. Nec abnuebant parentes in tam amplas spes filiam dare; sed obstabat Cadocus regis Alani filius, ausus castissimam & cælo datam fidem tentare, cum sola virgo domi ageret. Illa verecundata aliquamdiu tam inornatam se deprehensam, in cubiculum abiit velut mundana inde muliebrem petitura, reverà ad asylon (templum) properatura. At Amor tam magnus tyrannus quàm parvus puer pingitur, alas Cadoco insequenti suas præbuit. Hic prehensam virginem & reluctantem ense obruncat. Et ecce & virtutis & sceleris præmia. Ad sanguinis fontem fons alter aquæ limpidissimus exsiliit, sualq; undas ita etiam hodie sociat, ut tamen ripam sanguine castissimo pictam nunquam abluat, musculque

scusque odorem virtutis semper spiret. Porro Ben-
 vocus Martyris caput ad latronem asportavit, ut
 in eo velut speculo facinus suum & videret &
 fleret. Cæcum morti in eo loco devovit, & WE-
 NEFRIDAM, juncto cum corpusculo capite, vitæ
 reddidit. Et Cadoci quidem ajunt etiam corpus
 disparuisse, (Orco nimirum cum animâ tumulan-
 dum) WENEFRIDAM verò in virtute tam doctam
 virginibus cæteris Witheriaci magistram datam
 fuisse; illic miris multis illustrem ultimò concu-
 biâ nocte ab ipso Christo sponso ad nuptias evo-
 catam abiisse. Ad has quid nî Mariani etiam vos
 itis? Ite, & si vox virgo vobis est, Hymenæum
 (licet) canite. *Ex Surio.*

*Quid sit mundana dignitas & honor, apparet in
 pulvere; potestas & gloria cognoscitur in cinere; la-
 scivia autem incontinentium & petulantia demer-
 gentur in barathri carcere. S. Laur. Iust. ligni vi-
 tx. c. 5.*

S. MILVSE P. MART. 4. Novembrii.

MILVS Persa cogitabat stipendia sub rege fa-
 cere. Sed cælum sibi auctoratum ad sua signa
 compulit, postquam horrido viso objecto, ostendit
 quàm malè ad tyrannum mundum fugitivi
 homines à DEO transiremus, et si tot stigmatibus,
 quot beneficiis ab hoc notati. Nec diu Christo
 militavit, cùm Pont. inauguratus ordines inter
 Christianos cœpit ducere. Sed non tam multæ
 gravesque illi cum hoste, quàm cum domesticis
 pugnx fuerunt: quamvis quæ pastorem noluerunt,
 perierunt deinde oves, urbe & vitâ amissâ; quod
 ipsum bonâ fide illis, sed non sine lacrymis MILVS
 vati-